

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

Cap. V. - An benevolentia, amor & amicitiae & natura differant?

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*An beneuolentia, amor & amicitia re & natura differant?*

**O**RDINE nunc agit philosophus de tribus potentiis veræ amicitiaë, ac primùm de beneuolentia, per quam amicitia superius definitur. Diuiditur hoc caput in quatuor conclusiones, quarum prima est, quòd beneuolentia sit affectio similis & cognata amicitiaë, non tamen est ipsa amicitia: Secunda est, quòd nec sit amor nec actus amandi: Tertia, quòd sit principiũ amicitiaë: Quarta q̄ aucta diuq; confirmata beneuolentia fiat tandem amicitia. Prima conclusio probatur à loco comparationis, quia beneuolentia est sæpè inter ignotos, est autem semper inter notos amicitia. Porro beneuolentia est plerunq; repentina, amicitia verò leuiter non est suscepta. Postremò beneuolentia est inter multos, est autem amicitia inter paucos. Secunda cõclusio probatur à loco definitionis, quia amor est affectus, beneuolentia verò quidam habitus. Tertia cõfirmatur à loco antecedentium, quia nemo potest esse verè amicus,

De potentiis tribus verè amicitiaë.

Caput diuiditur in quatuor conclusiones.

De beneuolentia.

Beneuolentia in quib. differat ab amicitia.

Qq nisi

nisi antè sit alteri coniunctus benevolentia, & ex consequenti benevolentia est principium amicitie. Postrema munitur à loco finis, quia perfectio benevolentia est ipsa amicitia. Hinc summam cōcludo, quòd benevolentia sit vel affectus, vel habitus; vt est affectus, sic re & natura ab amore nō distinguitur; vt est habitus bonū volendi, sic amicitia per illam definitur. Est ergo benevolentia habitus scētēs & inclinans hominem ad benè volendū. Est amor affectus naturalis transiēs in aliū cum opinione boni. Est amicitia habitus verè & perfectè diligēdi alterū propter similitudinem morum & virtutum.

Benevolentia sumitur, vel

Pro affectu, cui opponitur malevolentia: & sic non ab amore sed ab amicitia re & natura differt.

Pro habitu, & sic realiter ab amore, sed non ab amicitia distinguitur: idq; propter rationes superius in suppositione allatas.

Opp.

*Benevolentia est nihil aliud quàm habitus inclinās ad benevolentū: sed omnis amicitia est habitus inclinās ad benè volendū: ergo omnis amicitia est benevolentia, & per cōsequens re non distinguitur.* Resp.

*Benevolentia* { A bono, quasi dices benevolus est q; bonū velut, & sic non differt ab amicitia. *bis a.*

*Bisariam, vel ut* | *A benè, & sic benevolentia aliquo*  
*nomen habet* | *modo differt ab amicitia.*

Opp.

*Omnia amicitia est benevolentia: ergo aliqua benevolentia est amicitia: tenet consequentia in conuersione per accidens.*

Resp.

*Conceditur cōsequens & consequentia. Nam primo modo accepta benevolentia eadem re ipsa est cum amicitia, quamuis paulò latius pateat.*

CAP. VI.

*An concordia sit virtus? & an potius in alitione quam in opinione consistat?*

**S**UPERSEDENDVM est minùs vtilibus & fructuosis veterum digressionibus in hoc tractatu de concordia, causam iam solum expendere mihi currenti licet. Perspicuum est igitur concordiam esse amicorum vinculū, quo ad idē sentendū efficiendumq; in studio utilis aut honesti pertrahūtur. Errant ergo q concordiam idem penitus cum cōsensu in opinione esse existimant: est. n. consensus sepe inter ignotos, at concordia tātum ad notos pertinet. Præterea non sunt cōcordes secundū philosophū qui de re quali-

Concordiæ quid.

Concordia differt à consensu.

Qq 2 bet